

# ACTA CONGREGATIONIS PROVINCIÆ HISPANIÆ


ORDINIS PRAEDICATORVM, CELE-  
bratæ in Conuentu Sancti Dominici Ben-  
uentani Die secunda Octobris.

Anni Dñi 1677.

## SVB.R.A.P.N.

F.R. LUDOVICO DE VILLAZAN  
*Magistro, Sacre Inquisitionis Calificadoro, & Pro-  
vinciali eiusdem Pronincie.*

Anno




1677

Vallis-Oleti: Apud Mariam Portoles.

ACTA  
CONCREGATIONIS  
PROVINCIÆ HISTORIAE  
ORDINIS PRÆDICATORUM CERTI-  
FICATÆ IN CONVENTU SUGGI DOMINICÆ BEATAE  
MARIAE DE LEGENDE OGOPOPIÆ.  
ANNO DMI 1622.

SABR. A.P.N.

EX LIBRIS VADONICO DE AIXA  
VADONICO'S ARM'S IMPRESSED ON THE COVER OF THE BOOK.



1622

ANNO

Vallis-Oisi; Ab ing. Matis Pottoles.



AEC sunt Acta Cōgregationis  
Pro iintialis Prouinciae His-  
paniae Ordinis Prædicatorum,  
celebratæ in Conuen-  
tu Sancti Dominici Benauē-  
tani, Die secunda Octobris,  
Anni Domini 1677.. Sub-

R.A.P.N.Fr. Ludouico de Villazan Magistro,  
Sanctæ Inquisitionis Calificatore, & Prouinciali  
huius Prouinciae. Diffinientibus R.R.A.P.P. NN.  
Fr. Iosepho Gonçalez Magistro, & Priore Sanctæ  
Mariæ Regalis de Atocha. Fr. Michaele Sánchez,  
Magistro. Fr. Ioanne de Boliuar Magistro, Ves-  
pertinæ Cathedræ in Salmantina Vniuersitate  
moderatore, & Priore Sancti Stephani Salmanti-  
censis. Fr. Ioanne de S. Vicente Præsentato, &  
Priore Sancti Pauli Vallis-Oletani,

**A2 Denun-**

# Denuntiationes.

**D**Enuntiamus litteras emanasse informa  
Brevis ab Illustrissimo, & R.R. Domin o  
Sauuo Mellino Archiepiscopo Cæsarie  
si, Sedis Apostolicæ in hijs Hispaniarū  
Regnis cum potestate Legati à latere , Nuntij  
Apostolici, thenoris sequentis.

**S**AUVS Mellino Dei, & Apostolicae Sedis  
gratia Archiepiscopus Coesareae Sanctissimi  
in Christo Patris, & Domini Nostri Domi-  
ni Innocentij Divina prouidentia Papa Vn-  
derimi, eiusdemque Sanctæ Sedis in Hispaniarum  
Regnis cum facultate Legati à latere Nuntius, Iuristi  
que Recerenda Camera Apostolica Collector Gener-  
alis.

Llegationis nostræ munus, quod in his Regnis  
suscipimus exercendum, ex postulat, ut ad ea menteris  
nostræ actem sedulo dirigamus, quæ ad Regularium  
personarum, quæ suam Religionis iugo vivere vole-  
runt, indemnitatem, ac spiritualem quietem, & ani-  
mi tranquillitatem quomodo libet pertinere dignos-  
cuntur, quo ipse Regulares Personæ quantum diui-  
na faveente clementia fieri poterit semotis quibusvis  
dissentiorum, seu dubiorum, iuricationibus, ac ma-  
terijs, in severa pace, & fratre næ charitatis amoenis-  
tate christifidelibus non modo verbo, sed & exemplo  
pro,

prodeesse valeant; sanc pro parte Dilecti Nobis in brevi  
 to discretiviri Magistri Fratris Ludouici de Villa-  
 zan Provincie Hispanie Ordinis Prædicatorum  
 actualis Provincialis fuit nobis nuper expositum,  
 quod cum tempus Capituli Generalis in Alma Ur-  
 be in vigilia Pentecostes presentis annimillesimi ex  
 centesim septuagesimi septimi celebundi, iam instet,  
 & Dissimilator, ac Elector Generalis, qui nomine ba-  
 ius Provincie in Generali Capitulo huiusmodi in-  
 teruenire debent, electio non reperiatur, plurimum  
 interesse, ut intempore opportuno ad Vibem se con-  
 ferre queat; illas quanto citius in particuli Congre-  
 gatione eligere; Verum quia sicut eadem exp. scitio sub-  
 ingebat, Capitulum Provincialis, scilicet Provincialis,  
 aut Capitularis Congregatio huiusmodi iuxta lauda-  
 bilem prefati Ordinis constitutionem, & aucta Capi-  
 tularia, scilicet concordiam auctoritate Apostolica con-  
 firmatam non nisi in Dominica die qui errantibus,  
 ac in Convento Sancti Domini eiusdem Ordinis  
 oppidi de Benavente celebrari potest; ideo nobis hu-  
 militer suplicans fecit dictu exponens, quatenus sibi  
 in premisis opportune prouidere, & Capitulum Pro-  
 vinciale predictam alias in dicto Conventu de Benavente  
 celebrandum, pro maiori Congregationis com-  
 moditate in Conventu Beatae Mariae de Atouba pro-  
 pe, & extramuros huius oppidi Matriticum anti-  
 cipatione necessaria pro dictorum Dissimilatoris, &  
 Electoris nominatione tantum celebundi, scilicet  
 disac illud prout de iure, ac iuxta Constitutiones aucte-  
 rius observatas in eaque supradicto Conventu de Be-  
 naevante

nauente in dicta Dominica Deus quietantibus proxi-  
morum ventura, vel postea si Patribus Provinciae ita  
conueniens visum fuerit, continuandi, et terminan-  
di licentiam concedere, dictumque Capitulum in co-  
nventu de Atocha sicut presertim inchoandum unum,  
et idem cum continuando, et terminando in Con-  
uentu de Benavente existere fore, et esse decernere,  
et declarare de benignitate apostolica dignare-  
mur.

Nos igitur attendentes petitionem huiusmodi fo-  
re iubam, et ratione consonam dictumque Patrem  
Provinciale ac ipsam Hispanie Provinciam, et  
illiis Regulares personas gratiose favore prosequivo-  
lentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensi-  
onis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententijs, censu-  
ris, et poenis a iure, vel ab homine quouis occasi-  
fione, vel causa latissimis quibus quomodo libet innoda-  
ti existunt ad effectum praesentium dumtaxat censem-  
quendum barum serie absoluentes, et absolutos fo-  
re censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati,  
ac sufficienti ad id facultate muniti, ne defectu anticipa-  
tionis Congregationis huiusmodi ipsam Provinciam  
ad dicto Generalissimo Capitulo abesse contingat, ne  
deinde tam Ordini quam Provinciae vello unquam  
tempore, vel minimum, tam in spiritualibus, quam  
corporalibus resultet controversia, seu altercationis  
obstaculum, siue profeliori dictae Congregationis  
succeso, et Provinciae tranquillitate, ipsam Congre-  
gationem alias (ut præfertur) prefatis statutis loco,  
et tempore celebrandam ad effectum in primis dñi

taxat, & seruata in reliquis Ordinis, ac Provinciae  
 huiusmodi Constitutionum forma, cumque omnimo-  
 da votorum libertate anticipandam esse auxinuit,  
 prout auctoritate Apostolica anticipamus, eamque  
 in hac curia, seu in Conventu Beatae Mariae de  
 Atocha ex nunc convocandi, & celebrandi, seu in-  
 choandi, ac postmodum in supradicto de Benavente  
 continuandi, & terminandi eadem auctoritate te-  
 nore presentium licentiam concedimus, ac in pra-  
 missis gratijs indulgemus; Decernentes, & eadem  
 auctoritate statuentes Congregationem celebrandam  
 in Conventu Sancti Dominici de Benavente in Do-  
 minica Deus qui errantibus, aut postea, ut prefertur  
 dñam, & eandem esse, & intelligi debere, cum incipi-  
 entia de presenti nostra licentia in Conventu de  
 Atocha, eamque continuari censendam, nec non qua-  
 tuor Diffinitores Provinciales, Provincialis qui ad  
 testimoniales litteras predictis Diffinitore, & Elec-  
 tore Generalissimi Capituli iuxta constitutions dictae  
 Ordinis una cum Provinciali subscribendas, subsigna-  
 das, & sigillandas, aliaque forsitan petagenda in ea-  
 dem incipienda Congregatione eligendi fuerint, incō-  
 tinuanda, & terminanda Congregatione huiusmodi  
 cum hisdem honoribus, facultatibus, immunitatibus  
 præbeminentijs, prærogatiis, priuilegijs, gratijs,  
 & indultis actualibus Diffinitoribus huiusmodi de-  
 bitis, & consuetis pariter interuenire debere, irri-  
 tumque, & inane si securus superbis à quoquam qua-  
 uis auctoritate scienter, vel ignarante contingerit  
 assertari, non obstantibus Constitutionibus, & Or-  
 dinan-

ationibus Apostolicis, nec non dicti Ordinis signata  
ter distinctione secunda capite nono de solemnitate cele-  
bratione Capituli qua sanctitur expressa autoritate  
dictorum Diffinitorum ad decem dies tantum dura-  
re, et alia cap. quinto de electione Diffinitorum Capi-  
tuli Generalis, et Provincialis qua pariter sancti-  
tur non posse eosdem Diffinidores in duobus immedia-  
te subsequenter Capitulis reeligiri, vel diffinire; ac  
Provinciae predicatorum in Generalibus aut Provin-  
cialibus aliisque Capitalis, et Congregationibus edi-  
tis iuramento confirmatione Apostolica, vel quavis  
firmitate alia roboratis confirmatis, vel in variis con-  
cordijs, Statutis, et actis, consuetudinibus quoque pre-  
bilegijs, et iudicis quibus quo ad hoc ac vice dum-  
taxat specialiter, et expresse derogamus, ceterisque  
in contrarium facientibus quibuscunque. Datis Ma-  
triti Toletanae Dioecesis Anno Domini 1677. Vnde-  
cimo Kalendas Februarij, Pontificatus autem pra-  
dicti Santissimi Domini nostri Papae Anno primo.

Sr Archiepiscopus Cesariensis Nuntius Apostolicus.

Philipus Daphebus Abrebiator.

Registrata 220.

Item,

9

Item, denuntiamus in hac nostra Congregatione lectum, & admisum fuisse edictum S. Inquisitionis edictum die decima nona Octobris, Annī Domini 1633. & admonemus iterum iquod Priors, & Præsidentes Conuentuum non tenentur illud notificare Fratribus determinatè Feria sexta post Octauam Assumptionis, sed sufficere illud legere, quoties in Capitulo, vel Refectorio Acta Capitulorum, & Ordinationes leguntur, prout alias Ordinatum est.

Item, denuntiamus in Capitulo Generali Romanae celebrato in Vigilia Pentecostes proximè præterita electum fuisse in Magistrum Generalem totius nostri Ordinis Reuerendissimum P.N.M.Fr. Antonium de Monroy, ut constat ex eius litteris, quæ sunt thenoris sequentis.

## In Dei Filio sibi dilec-

VNIVERSIS, AC SINGVLIS PP. AC FR.  
tribus Ordinis Prædicatorum,  
**FR. ANTONIVS DE MONROY**  
Eiusdem Ordinis humilis Magister Generalis,  
& Servus salutem in Domino, regularis obseruantia incrementum, & paternam benedictionem.

**A**D Ordinis apicem non nostris meritis, sed eius gratuita, & benigna dispensatione  
**B**uecti,

eue*cti*, qui vocat ab Oriente auem, & de terra  
 longinqua virum voluntatis suæ, eò magis gra-  
 titudinem habere, & precum vestrarum solatia  
 requirere compellimur, quò & amplioris bene-  
 ficij vinculo astricti, & maioris dignitatis oneri  
 suppositi, prodesse magis, quam præesse exop-  
 tamus. Ea propter memores, quod non sit vi-  
 ri via eius, sed à Domino gressus illius dirigi in-  
 digeat, primū omniū à vobis fieri postulationes,  
 orationes, & obsecrations pro nobis eò potiori  
 iure, & cordis affectu exigimus, quo ardētiori  
 flagramus desiderio, vt in vobis omne consilium  
 Domini fiat, in nobis verò stet omnis eiusvolun-  
 tas, ipsomet nos in semitas iustitiae deducente  
 propter nomen suum, & lucrum animarum ves-  
 trarum. Igitur dum toto animi conatu in reli-  
 giosi status, & frugum iustitiae vestræ incremen-  
 ta in hoc ipso officij nostri **exordio** anhelamus,  
 non ignari, quod ea sit humanarum rerum con-  
 ditio, & natura; vt etiam quæ optimè fundata, &  
 constituta sunt, partim hominum imbecillitate,  
 & ad malum proclivitate; partim dæmonis astu-  
 tia paulatim deficiant, ac nisi cura peruigili sus-  
 tententur in deterius prolabantur ( quod ma-  
 lum eò periculosis aecidere, & radices agere so-  
 let ; quò facilius ea, quæ minoris creduntur esse  
 momenti despiciuntur; vnde scriptum est, quod  
 qui timet Deum, nihil negligit ) muneris nostri  
 ratione postulante, immò quod potissimum  
 est, id à nobis exigente paterna summi Ponti-  
 ficiis

ficiis Innocentij Vndeclimi sollicitudine , quem  
 pro morum reformatione , & religiosæ discipli-  
 nae augmento charitas Christi urget , vos admo-  
 nere cogimur , ut cum omnes unum corpus sitis  
 in Christo , quem induistis , eodem pietatis , &  
 obseruantiae regularis spirituali curetis ; refor-  
 mati spiritu , reformati mente , ut regnum Dei  
 intra vos sit , hoc est , non tantum exteriorius in aliis  
 tis , aut vestimentis corporis , sed in virtutibus in-  
 terioris hominis . Nec enim tanta cura esse de-  
 bet , ut corpus regulariter induatur , quanta ne  
 anima nuda suis vestibus deseratur . Nec tamen  
 vobis ita spiritualia nos persuadere existimetis ,  
 ut etiam ista corporalia , & exteriora negliga-  
 da velimus : illa oportet potissimum agere , sed  
 ista non omittere . Nec enim ille , qui se in ipsis  
 non exercuerit , mox ideo spiritualis efficitur ,  
 cum potius spiritualia ( quanquam meliora )  
 nisi per ista , aut vix , aut nullatenus , vel acquirā-  
 tur , vel obtineantur : *Non enim prius quod spiri-  
 tuale , sed quo animalē , de inde spirituale ,* sicut nec  
 Iacob nisi prius cognita Lyra desideratos Rache-  
 lis amplexus obtainere meruit : aut in roris cœlesti-  
 bus abundantia benedictionem Isaac illi imper-  
 tituit , nisi postquam vestimentorum fragrantia  
 persensit . Ea propter , & Christus Ecclesiae spon-  
 sae suæ pignus hereditatis tunicam in consuti-  
 lem relinquens , diuidi non permisit , ne dum  
 credentium cor unum in Domino esse cupiebat  
 tunica in plures discissa partes vinculum pacis  
 -dilexit

dissolutum aliquo modo ostenderet. Ut igitur  
decoram, tum in extimo habitu, præcipue vero  
in caputij forma, cum in rasura vniiformitatem,  
quam in tot Capitulis Generalibus commenda-  
tam inuenimus, seruetis: innouamus Ordina-  
tionem V. in Capitulo Generali celebrato anno  
1650. factam, nimisrum, ut apertura caputij cir-  
ca faciem uno amplius palmo non sit in facie  
longior; pars anterior ad pectus demissa infra  
sternum aut cartilaginem, quam Medici vocant  
enformem: posterior a tergo infra cingulum vi-  
tra quatuor digitos non descendat: latera vero  
ab humeris infra medium os, quod axillæ, & cu-  
bito interstat, non extendatur. Quam quidem  
ordinationem sub pœnis in ea contentis præci-  
pimus in uiolabili obseruari, ordinantes, ut  
ad hanc cuiuslibet fratri statutæ proportiona-  
tam formam deinceps omnia caputia, que no-  
uiter fient, conficiantur: facta vero ad eandem  
normam intra duorum mensium spatiū ab  
harum litterarum notitia corriganter. Circa  
rasuram autem vobis in memoriam reducimus  
id quod circa eam in Sacris Constitutionibus  
nostris i. p. i. cap. II. statutum legitur: ut vi-  
delicet fratres omnes in capillorum rasura sint  
vniiformes, nec eos sæcularium more longos de-  
ferant, sed religiosam (ut decet) coronā habeat,  
que ad summitet aurium usque descendat:  
sic ut inter ipsam capitum desuper rasuram, &  
aures non sint plusquam tres digitii. Quam Cof-  
filiis titutio-

titutionem volumus ad proxim exactissime reduci; iniungentes Prælatis, & Conuentuum Praesidentibus, ut circa hoc curam & sollicitudinem magnam adhibeant. Præterea mature considerantes immoderatam quandam ad Magistrum Generalem Ordinis pro quo quis etiam minimo negotio epistolas scribendi licentiam nuperis temporibus irrepsisse; ex qua regularis obediætia rigor, & in Superiores obseruantia non modicum relaxatur, vixque pro gravioribus Religionis negotijs prouide administrandis tempus superest. paternè vos ad non emis, ne pro quo quis etiam parui momenti negotio ineptas epistolas ad nos scribere presumatis; sed res cum Prioribus, vel Provincialibus respectuè, quantum fieri poterit agatis; hoc enim exigit prouida rerum diuinitus instituta dispesatio, vt a superioribus infima non nisi per media dispescantur. Quod si hoc nobis indulgere neglexeritis, vos omnes monitos volumus huiusmodi epistolis nullatenus responsum nos fore laturos. Sed ne dum circa regularis vitæ obseruantiam, & morum habitus ve religiosi honestatem amplectendam insistimus, litterarum studia, quæ nobis præcipue, ac potissimum cordi sunt, ceu præcipuis nostri scopus Ordinis, qui super Sanctum Domini montem Syon constitutus eminet preceptum eius predican; aut negligere, aut curam illorum pretermittere videamus; omnibus studiorum Moderatoribus, ac Theologis.

14

giæ Lectoribus imprimis districte mandamus,  
ne inutilium quæstionum, quas temporibus nos  
tris magis disputandi, quam docenti, ac profi-  
ciendi ardor inuexit, farragine discipulorum  
suorum mentes onerent, aut doctrinarum né-  
nijs eos deludat, sed Sancti Thomæ solida doctri-  
na, quam, ceu lac paruulis, propinandam Ange-  
licus ipse Praeceptor digessit, pascere curat, cer-  
ti, eò maiores se indocendo progressus facturos  
quò breuius, ac dilucidius, quæ docenda sunt, tra-  
diderint. Volumus præterea, ut scholastici cir-  
culorum, conferentiarum, ac conclusionum  
actus secundum laudabilem cuiuslibet Prouine-  
cię morem, ac Capitulorum Generalium ordi-  
nationes præfertim verò Valentini nuper anno  
1647. celebrati, indispensabiliter peragantur; &  
Lectores, qui in hoc fuerint negligentes, à Pro-  
uincialibus ab officio absoluantur, à quibus nos  
de his monitos singulis annis, quemadmodum,  
& de studentium profectu volumus, ut suo té-  
pore possimus cuilibet pro laborum mensura  
præmia dispensare; præfertim verò ipsis Priori-  
bus, ac Cōuētuū Præsidētibus iniūgimus, ut stu-  
dētiū frequētes vagationes, & extra Cōuētuū ex-  
cursus omnino inhibeāt, interiorē enim domū,  
& nō exteraspولي frequētias studiorū otiaque  
rūt. Mādamus tādē præfatis Prouincialibus, vt  
nō nisi in litteratura idoneos ad lecturæ officiū  
promoueāt, & in studijs generalibus studētes, de  
quibus in litteris maior speratur profectus, assig-  
nēt quod si aliter fecerint, nos de opportuno reme-  
dio

15

dio prouidebimus, Hæc votorum nostrorum summa, hoc ardens animi desiderium: hoc Religioni matri persolute, hoc paterno cordis nostri affectui indulgete, ut sicut filij lucis ambulantes & Deo placere quærentes, non hominibus, habebatis fructum in respectione animarum vestiarum. Det vobis supremus ille Legislator benedictionem, ut euntes de virtute in virtutem Deū Deorum in Syon videre, & plenivirtutum operibus in conspectu eius apparere possitis. Valete & pro Nobis, Socijsque nostris Deum orate. Dat in Conuentu Nostro S. Mariæ super Mineruam Kalendis Augusti 1677.

**Fr. ANTONIVS DE MONRO**

Magister Ordinis.

Regist. L. 6.

Fr. Henricus de Guzman

M. Prouincialis Terra Sanctæ.

Item, denuntiamus erèctos esse ab Illusterrissimo, & R.R.D.D. Fr. Joanne Thoma de Roscauerti, Archiepiscopo Valentino quondam totius nostri Ordinis Generali Magistro, in Universitates, & generalia studia, Conuentus Pamphilonensem, & Taurensem, quod, & confirmatū fuit à Reuerendissimo P.N. Fr. Antonio de Mory, & in hac nostra Congregatione acceptatum.

Item, denuntiamus Reuerendissimum P.

N. Gene-

N. Generalem strictè præcipere omnibus sibi  
subditis, ut caueant à multitudine epistolarū, ut  
eius litteris cōstat, & ex alijs missis R. A. P. N. Pro  
uinciali habetur, quod si necesitas postulauerit  
scribendi suæ Reuerendissimæ Paternitati sit  
in dimidia charta, & non aliter.

Item, denuntiamus Capitulum Generale  
ordinasle, quod officium Prioratus in Conuen-  
tibus Monialium tertij Ordinis duret per Spac-  
tum trium annorum sicut in alijs Conuentibus  
Monialium; quæ ordinatio intelligitur etiam de  
his, quæ ante hanc ordinationem fuerunt elec-  
te.

Item, denuntiamus in hac nostra Congre-  
gatione electum fuisse in Diffinitorem Capitu-  
li Generalis proximi futuri R. A. P. Fr. Petrum  
de los Ríos Teran Magistrum; & in hoc nostro  
Diffinitorio electum esse in eius socium, R. P.  
Fr. Laurentium Garcia de Betuete Præsentatū,  
& Priorem Sancti Iacobi Pampilonensis.

Item, denuntiamus in hoc nostro Diffinito-  
rio fuisse acceptatas Cathedram Theologiæ  
Moralis, & Cathedram Artium in Conuentu  
nostro Sancti Dominici de Pontevedra, funda-  
tas ab illustrissimo, & Reuerendissimo Domino  
D. Fr. Thoma de Sarria Archiepiscopo de Tará-  
to nostri Ordinis.

Denique denuntiamus in hoc nostro Dif-  
finitorio acceptatam fuisse Cathedram Theolo-  
giæ Moralis in nostro Conuentu Sancti Domini  
G. C. L. alter fecerint nos de opportunitate en-  
ci

ci de Vitoria fundatam à Domina Anna Maria  
de Verasatigui.

Acceptationes.

Acceptamus Magisterium R. A. P. Magis-  
tri Fr. Francisci de Vria Prioris Sancte Crucis  
Regalis Segouiensis, & quondam Provincialis:  
Et Magisterium R. A. P. Fr. Thomae Nauarro  
Supræmi Sanctæ Inquisitionis Senatus ex offi-  
cio Censoris, Regij Prædicatoris, & Sancti Pe-  
trii Martyris Regalis Toletani Prioris: Et Ma-  
gisterium R. A. P. Fr. Petri Montes Prædicato-  
ris Regij, & Collegij S. Gregorij Vallis-Oletani  
Rectoris.

Acceptamus Præsentaturam R. P. Fr. Joannis  
de Iangas Magistri, Prioris Curuniensis, & Regni  
Galeciae Vicarij Provincialis: Et Præsentaturam  
R. P. Fr. Francisci Picado M. Socij R. A. P. N.  
Provincialis: Et Præsentaturam R. P. Fr. Bernar-  
di Cano Lectoris Theologiæ Sancti Petri Mar-  
tyris Regalis Toletani: Et Præsentaturam R. P.  
Fr. Laurentij Gartia de Beruete Prioris Sancti  
Iacobi Pamplonensis: Et Præsentaturam R. P.  
Fr. Benedicti Moreno Lectoris Theologiæ Sæcti  
Ildephonsi Regalis Taurensis: Et Præsentaturam  
R. P. Fr. Petri Matilla Magistri, & Colle-  
gij D. Gregorij Vallis-Oletani Regentis: Et Præ-  
sentaturam R. P. Fr. Antonij Sanjurjo Lectoris  
Theologiæ Conuentus Sancti Pauli Vallis-  
Oletani.

**M**Titulo Prædicationis, acceptamus Præsentaturam R.P. Fr. Gregorij de Malaga, Prædictoris Generalis, & Prioris Conuentus Sancti Dominici de Guadalajara: Et Præsentaturam R.P. Fr. Ioannis de Aumada, Prædictoris Generalis, Regis contionatoris, & Conuentus Sancti Thomæ Matritensis.

Item, Acceptamus Prædicaturam Generalem R.P. Fr. Ildephonsi Garcia del Olmo, pro Conuento de Atocha: Et Prædicaturam Generalem, R.P. Fr. Petri de Mata Prædictoris Sancti Petri Martyris de Rioseco, pro Conuento Sancti Vincentii Placentini: Et Prædicaturam Generalem R.P. Fr. Francisci de Tagle Prioris Conuentus Sancti Dominici de Lerma, pro Conuento Sancti Dominici de Ocaña: Et Prædicaturam Generalem R.P. Fr. Dominici de Acuña, pro Conuento Sancti Thelmi de San Sebastian: Et Prædicaturam Generalem R.P. Fr. Antonij de Miranda Prædictoris Conuentus Rosarij Matriensis, pro Conuento Sancti Pauli Palentini.

### **EXPOSITIONES**

**F**Xponimus ad legendas sententias pro forma, & gradu Magisterij exclusive, R.P. Fr. Ioannem de Paniagua Regentem Vniuersitatis Sancti Thomæ Regalis Abulensis: Et R.P. Fr. Matheum Caro de Montenegro, Lectorem

19

Theologiae Conuentus Sancte Marie Regalis  
de Atocha, monachorum beatus de conuentu monachorum  
**CREATIONES.**

**C**reamus in Prædicatores Generales, R. P. Fr. Ginesium de Barrientos Prædicatorem Regium, & Conuentus Sancti Thomæ Matritensis, pro eodem Conuentu. R. P. Fr. Bartholomeum Martin Florez Præfertatum pro Conuentu Sancti Dominici Benaventani; R. P. Fr. Ludouicum de Mesa Prædicatorem Sancti Ildephonsi Regalis Taurensis pro Conuentu Sancti Petri Martyris Regalis Toletani. R. P. Fr. Ildephonsum de la Cruz Ramos Priorem Sanctæ Catharinae de la Vera, pro Conuentu Sancti Stephani Salmantini, R. P. Fr. Franciscum de Guevara Prædicatorem Conuentus Sancti Dominici Benaventani, pro Conuento Sancti Dominici Cöpostelani. R. P. Fr. Petrum de la Ruaq Procuratorem Generalem in Curia Regia, pro Conuento Sancti Pauli Burgensis. R. P. Fr. Egidium Minoz de Moraza Socium Reuerendissimi P. Confessoris Hispaniarum Regis Catholicorum, prob. Conuento Sancti Dominici de Caceres. CEILLIS ETIAM NON HABENTUR TIBIUS QUINQUE

**ABSTRACTIONES.**

**A**bsolutius omnes Supptiores, & Vicarios Conuentuum non habentium Priores, praeter Supptorem Sancti Petri Martyris Regalis

Toletani: Et de Galisteo; propter instantes electiones, vsque ad confirmationem, & præsentia Prioris.

**PRÆCEPTA AD OMNES, ET SINGULARES PERSONAS.**

**M**undamus in virtute Spiritus Sancti, Sanctæ obedientiæ, & sub præcepto formali omnibus, & singulis Fratribus huius nostre Provincie sequentia.

**P**rimum, siue duo, vel plures Fratres simul in aliqua cellâ Fratrum huius nostre Provincie coexistant. Excipimus cellas Priorum, & Magistrorum Novitiorum pro suis subditis. Excipimus etiam ab hoc præcepto Magistros huius Provincie, & eorum cellas. Et denuntiamus, quod cellæ Fratrum post notificationem assignationi quādiu in Conventu comimorantur, eodem prorsus præcepto tenentur quo cellæ aliorum Conventualium.

**P**rohibetur ingressus cellularum. Item, simul declaramus, quod si filii, cuius cellâ aliqui Fratres ingredi possunt, ab ea absens fuerit, pro tunc illam non gaudere tali priuilegio, seu licentia. Poterint autem Patres Piores, seu Presidentes (non tamen Supprios, nec Vicarii) cum suis subditis dispensare, dummodo dispensatio non sit generalis, aut frequens: que post ultimum signum post Completorium nullatenus

nus fiat, nisi sufficienti causa, & pro qualibet vice. Ab hoc precepto non excipiuntur celle Cöuentuales, quando in eis contingat aliquem infirmari; nisi à Priore, vel Præsidente Conuentus esse cellam infirmarie declaretur, que declaratio, à Priore, vel Præsidente Cöuentus nequeat fieri, ybi fuerit infirmaria.

*Secundum*, ne quis adeat Monasteria Monialium, nec Beatarum, nec mulierum aliarum in unum congregatarum sub obedientia viuentium, nec ad earum Ecclesias, nisi de licentia Prioris pro qualibet vice, que licentia in aliam diem translata non valeat, nec dari possit à Supprioribus, aut Vicarijs, Prioribus in oppido existentibus.

*Tertium*, ne quis repræsentationibus, aut comedijis, que à publicis Histrionibus sunt intersint, nisi in Capitulis Ecclesiarum, in Domibus Episcoporum, seu Religiosorum, aut in publicis Sanctorum Solemnitatibus, & quod Prælati, aut Conuentuum Præsidentes comedias in domibus nostris fieri non permittant, etiā sponte oblatas, aut etiam si non sint à publicis Histrionibus; nec Fratres eas repræsentare, aut ullo modo vestibus sæcularibus uti. Quod præceptum etiam Moniales nostras comprehendit.

*Quartum*, quod Fratres, ad quos quomodo libet studium attinet, nullo modo permittant in diebus lectiui omitti Conferentias, aut Conclusionem, etiam pretextu exponendi ad audie-

*De non ad  
cundo Mo  
nasteria Ma  
nialium.*

*Ne Frat.  
inter sint  
comedijos.*

*De non  
omittendis  
Lectionie  
bus.*

das cōfessiones, nec hora consueta varietur, nec  
in prædictis diebus dentur recreations, vigilia  
autem Actus maioris omittantur Conferentia, non tamen dentur recreations, die vero sequē-  
ti dari possunt. Nec concedatur licentia exequi-  
dā Conuentū, recreationis causa, titulo Actus  
maioris, nisi in diebus assuetis. In Octauis autem  
Natiuitatis Dñi, R̄esurrectionis, Pentecostes, &  
in octauo die Solemnitatis Corporis Chrlti, &  
in recreationibus octo dierum ante Aduentū,  
& Quadragesimam Conclusiones, & Conferen-  
tia omittantur: aut si forte hora lectionis specia-  
lis occurrat pro toto Conuentū occupatio. No-  
mine autem dierum lectiūorum intelligimus  
eos, in quibus iuxta disponendum inferius Pa-  
tres Lectores non tenentur Matutinis interesse,  
& qui iuxta nouam reformationem non seruan-  
tur à Populo expræcepto, aut voto. Festa autem  
Imaginis S.P.N. Dominici in Suriano, Transla-  
tionis eiusdem, & Angelici Doctoris S. Thomæ  
Aquinatis, & Festum S. P. N. Francisci, Sanctæ  
Catharīnæ Martyris, & Sanctæ Theresiæ Virgi-  
nis, dies lectiūi non sint. Quod si nulla die in heb-  
domada Conferentijs vacauerint Fratres quo-  
vis titulo, etiam Actus maioris, Feria quinta eius-  
dem hebdomadæ in Conclusione, & Conferen-  
tijs dispensamus.

Denique, sub eodem præcepto mandamus  
omnibus Monialibus, & Milieribus in unum  
Cōgregatis nostræ curæ subiectis, ut nulla  
earum

earum possit habere Confessorem habitualem, seu specialem qui non attigerit quadragesimā etatis suæ annūm, vel nisi in Domib⁹ studiorū Lector Theologie fuerit, & quantū ad mulieres seculares, hoc præceptum Confessores nostros etiam comprehendere volumus.

Quæ omnia mandamus sub præcepto formalis.

### **ORDINATIONES.**

**O**Rdinamus, & mandamus Patribus Prioribus, quod in diebus, quibus sunt Conferentiae licentiam non concedant Lectoribus exequendi à Conuentu, nisi ex urgenti causa. Et rogamus R. A. P. N. Prouincialem, ut Priors in hac parte negligentēs absoluat.

Item, ordinamus iuxta Ordinationem factam Romæ Anno Dñi 1661. quod Lectores Theologie alternatim legant, unus tractatus pure Morales; alter vero materiam Scholasticā. Et quod in conclusionibus publicis ponantur ad minus viginti Conclusiones, & Actus minores Theologie in hebdomada immediata post Actus maiores ab ipsis habeantur. Lectores vero Artium primo anno Summulas, & quæstiones promissales Logicę legant, secundo, Logicam: tertio Philosophiam, & libros de Generatione, & Animalia, prout antiquitus seruatum est. Et in Conuentibus, vbi sunt tres Lectores Artium, solus Lector

De Cœtu  
- nibus  
- am

De iuris  
- cionis  
- tis  
- am

**Ne Lecto-  
res exeat à  
Cœtu in die-  
bus in qui-  
bus sunt co-  
ferentiae.**

**De Lectio-  
nibus, &  
Conferen-  
tias.**

Lector Summularum de propria materia Conferentias communes defendat.

**De Cœclus.  
quotidie =  
nis.**

Item, ordinamus, quod Conclusiones quotidie durent ad minus per tres quadrantes horæ: quibus omnibus assistant omnes Fratres Clerici, cuiuscumque sint antiquitatis, sicut ad Actus tam Artium, quam Theologie.

**De ieiunis  
& abstinen-  
tia à carni-  
bus.**

Item, ordinamus, quod Feria secunda, & quarta non possit nisi cum infirmis dispensari in esu carnium. Et declaramus, quod quotidie dispensare in ieiunijs Constitutionum, non est dispensatio, sed dissipatio.

**Ne Priors  
detineant  
Fratres as-  
signatos.**

Item, ordinamus, quod assignationes quomodolibet receptæ infallibiliter notificentur à Prioribus, seu Præsidentibus, & si ob virginem causam visum fuerit eas non notificare teneantur R.A.P.N. Provinciali renuntiare. Et quod nullus Prior assignatos detineat, etiā prætextu petendi aliam assignationem pro suo, vel alieno Conuentu, sub poena suspensionis à suis Officijs per duos menses. Et declaramus, quod assignationes, & institutiones, quæ intra duos menses notificatae non fuerint, notificari non possint.

**Prohibetur  
ingræsus  
Curie Re-  
gia.**

Item, ordinamus, ne quis Curiam Regiam ingrediatur, neque eius suburbana, etiam causa suscipiendi Sacros Ordines absque licentia R.A.P.N. Provincialis sub poena quindecim dierum in pane, & aqua, & priuationis vocis actiux, & passiux per duos annos, Prior autem nostri

nostri Hospitij Matritensis, & Procurator Generalis eiusdem Curiæ teneantur reddere certiorum R.A.P. N.P. de tangereboribus huius Ordinationis. Et declaramus omnes hospites, cuiuscumque conditionis sint, ad Priorem, seu Presidentem dicti Hospitij pertinere, etiam quo ad punitionem, & correctionem. Cui stricte iniungimus, ut nulli licentiam concedat per noctandi extra Conuentum; quod & cœteris Prioribus eiusdem Curiæ pro sibi subditis præcipimus: quæ licentia soli R.A.P.N. Provinciali referatur.

Item, ordinamus, & præcipimus, ne quis Frater perse ipsum immediate postulet à R.A.P.N. Provinciali licentiam excundi extra dietam sui Conuentus pro vacationibus, siue pro alijs negotijs, sed communicata necessitate sua Priori Conuentus, ipse Prior licentiam petat pro Fratre illo. Et obsecramus R.A.P.N. Provinciali, ut licentias, quæ non petuntur à Prioribus, non concedat, onerantes Priorum conscientias, ut nisi pro Fratribus morigeratis, & de quibus intelligent, quod præbebunt bonum, oderum exempli inter seculares, ac præcipue, si sunt multum iuuenes, licentias non petant. Et quando licentiam concedunt intra dietam, sit in scriptis, & non aliter, quam transgredientes seuere puniantur.

Item, mandamus ordinationem factam in Capitulo Generali Neapoli 1600. inchoatione

De licen-  
tijs petendis

vnica, quę fuit etiam confirmata Romæ 1601. Confirmatione vndecima, & postea confirmata Romæ 1608. quę est thenoris sequentis, confirmamus inchoationem factam in Capitulo Neapolitano proxime pr̄terito, vt Fratres redeuntes Domum ex ciuitate post expleta negocia debeant immediate se presentare coram Preſidente Conuentus toties quoties exierint, ab eo humiliter benedictionem accepturi, in uiolabiliter obseruari, quia maxime conducit ad Religionis obſeruationem.

*Prohibetur  
excessiuus  
numerus  
Missarum.*

Item, ordinamus, quod nullus recipiat plusquam quinquaginta stipendia Missarum, nisi liber sit ab obligatione applicandi Missas pro obligatione Conuentus: tunc enim accipere poterit usque ad octoginta. Quod si quis plura accipiat, Communitati applicamus iuxta votū paupertatis. Pro Conuentibus autem non recipiatur excessiuus numerus Missarum, de quo inquiret diligentissime R.A.P.N. Prouincialis in visitationibus, & iuxta quātitatem excessus, severissimè puniet. Teneantur etiam Depositarij Conuentus certiore reddere R.A.P. N. Prouincialē, si forte numerus excessiuus recipiatur proportionabiliter ad Conuentus.

*Ne Sorores  
cātēt ver-  
naculo ser-  
mone.*

Item, ordinamos omnibus Priorissis, sub pena absolutionis à suis Officijs, & Sororibus, vt nihil cantent, aut cantari permittant, siue in Choro, siue in alio loco, vbi possint à secula ribus audiri, nostro vñaculo sermone, sed solum Latino.

Item,

27

Item, notum facimus Decretum SS. D.N. Clementis VIII circa regimen Monialium, vbi sic habetur: Nulli ex Nonnib[us] personas Ecclesiasticas, sacerdotes, vel Regulates, aut laicas, etiam eō sanguineas cuiuscumque sexus ad fines Monasterij alloqui, vel in eis apertis sibi, quacumque de causa licet, nec fines huiusmodi aperiantur, nisi ad introducendas, vel remittendas personas, & res necessarias. Et declaramus prædictum Decretum comprehendere quo scumque consanguineos, etiam Patres, & Matres Monialium, & quo scumque Religiosos, etiam si sint Prælati eiusdem Conuentus: quod stricte præcipimus, in uiolabiliter obseruari sub pena suspensionis Officij, Priorissæ, & absolutionis Ostiarie, quæ oppositum permisserint.

Item, ordinamus Vicarijs Monialium, Priorissis, & Suppriorissis, & quibusuis alijs, ad quos, vel ad quas quomodolibet spectauerit, sub pena absolutionis à suis Officijs, ut nullam puellæ admittant ad habitum sine accepta in scriptis licentia à R. A. P. N. Provinciali, quem teneantur monere de ætate puellæ suscipiendæ, & ante professionem testimoniū authenticum circa ætatem sexti decimi anni completi à Parochi adhiberi solitum teneantur inspicere.

Item, ordinamus, quod in absentia Priorū quibus cura Monialium à R. A. P. N. Provinciali est commissa, non recipiantur Moniales adhibitum, vel professionem, nisi à Confessario talium

Ne Moniales loquuntur an forent  
Monast.

Circa recepcionē puerorum ad habitum.

Conuentuum (si Conuentus illum habuerint) quod in multis Capitulis Generalibus statutum est. In Exequijs autem Monialium, & cœteris Festiuitatibus Officium in absentia Prioris pertinet ad Suppriorem.

*Sorores sint  
in domo No  
uiculari post  
profes.*

*Priores co  
ferant Fra  
tribus ne  
cessaria in  
dumenta.*

*Circumstanc  
alia quoque  
ad laicorum  
emendationem*

*Priores pre  
terit in oga  
deæ aliquo  
privilegio.*

Item, ordinamus, quod Sorores post professionem sint in domo Nouitarum, nec sine licentia R.A.P.N. Prouincialis inde extrahantur.

Item, ordinamus, & stricte præcipimus Prioribus, quod omnino prouideant Fratribus de caligis, calceis, & tunica interiori, & post duos annos conferant scapularia, & tunicam exteriorem, quæ in propria specie, & forma vestitum, & non aliter dentur, & omnino ante primam diem Ianuarij cuiuscumque anni; quod si prædicta die à Prioribus non fuerint collata predicta indumenta, Depositarij Conuentus teneantur certiores facere R.A.P. N. Prouinciale m, sub pena absolutionis ab Officio. Et obsecramus R.A.P. Nostrum Prouinciale m, ut in visitationibus magnam curam adhibeat in examine ad impletionis huius Ordinationis, & ubi in uenerit Priorem presentem, seu præteritum illam non adimpleuisse, eum ulterius ad Prioratum non proponat, & infallibiliter infligat penam hic impositam Depositarijs, qui hoc præcepturnon obseruauerunt.

Item, ordinamus, quod qui in aliquo Conuentu fuerunt Priores non gaudeant, ratio-

ne Prioratus præteriti, aliquibus priuilegijs, aut gratijs, quæ non sint debitæ ipsis ratione gradus, (si fuerint graduati) vel quæ non sint concessæ à nostri Constitutionibus.

Circa depositum bonorum Fratrum de functorum obseruetur consuetudo huius nostræ Prouinciaræ sèpius stabilita. Et quoniam Provinciæ nostra nimis grauata existit censu redibus, alijsque necessarijs solutionibus pro subsistendo expendendis, nec sufficienter consueta Conuentuum subsidia pro tanto onere, id circa ordinamus, & præcipimus, quod exbonis defunctorum tertiaparte integre relicta pro anima defuncti, sexta pars aliarum duarum partium seruetur pro communib[us] sumptibus Prouinciaræ, & mittantur Patribus Procuratoribus Generalibus Matritensi, & Vallis-Oletano, præcipientes in virtute Spiritus Sancti, & Sanctæ obedientiaræ, & sub præcepto formaliter Prioribus Conuentuum, quam Depositariis, ad quos pertinet inventarium de bonis defunctorum facere, ut certiore reddant R.A.P.N. Prouincialem de valore predictæ sextæ partis.

Item, ordinamus, quod Parochi, Confessores, Procuratores, & Vicarij Monialium tres Missas celebrent pro Monasteriorum obligationibus, quas si Monasteria non habuerint, eas pro intentione R.A.P.N. Prouincialis celebrent; si vero Conuentus tot obligaciones habuerint, unam ad minus Missam qualibet septimana di-

*De bonis  
Fratrum  
defunctorum*

ordinamus  
ad invard  
p[ro]missio  
m[anu]scripta

ordinamus  
ad invard  
p[ro]missio  
m[anu]scripta

*Circa Mis  
sas Officia  
litas Me  
nialium.*

cant pro intentione R.A.P.N. Prouincialis exhibet, quæ personaliter ad eos pertinent, quam Missam ex nunc pro tunc in foro conscientie in solidum applicamus. Ut autem harum Missarum ratiocinia expedite fiant, omnisque confusio vitetur, notum sit Vicarijs, Confessoribus, Parochis, & Procuratoribus Monialium, quod à die, in quo præsentantur in suis Conuentibus, omnes predictæ Missæ in ratiocinis scribentur; unde tantum teneantur (si forte in firmitate detenti in aliqua, vel aliquibus septimanis celebaretur non potuerint) scribere R.A.P.N. Prouinciali, vel eius Socio, quot Missas omisserint ratione ægritudinis, ut in ratiocinijs non computentur Sacrificia omissa.

*Moniales  
habent li-  
brum Mis-  
suarum.*

*Officiales  
Monastrii  
earum Mo-  
nasteria no-  
ingredian-  
tur.*

Item, ordinamus, quod in Conuentibus Monialium sit libet, in quo habeatur Missarum ratio, & in quolibet mense fiat computus ad modum quo sit de expensis Conuentus.

Item, mandamus in virtute Spiritus Sancti, Sanctæ obedientiae, & sub precepto formalis, quod Vicarij, Confessores, & Procuratores Monialium earum Monasteria non ingrediantur nisi causa administrandi Sacra menta, & si alia ad sit causa, licentiam petant à R.A.P.N. Prouinciali. Et ordinamus, quod si non sit Vicarius, duo ingrediantur simul, & si unus tantum ad sit, assitetur Priorissæ, vel Suppriorissæ, sub pena absolutionis. Et declaramus Vicarios Monialium, quando sic ingrediuntur Monasteria, debere af-  
fotia-

sotiarium iuxta dispositum in eorum Ordinationibus : nec prætendant excepcionem gaudere. Et stricte præcipimus Priorissimis, ut accurate inuigilent de clausura seruanda, ita ut nullo prætextu ingressum cuiuscumque Personæ permittat: simulque iniungimus, ut quaslibet litteras Apostolicas obtentas iam, siue obtainendas à quacumque Persona cuiuscumque qualitatis, aut sexus pro Monasteriorum ingressu, R.A.P.N. Prouinciali mittant, declarantes ipsum esse Prælatum proprium præcise, ad quem destinantur tales litteræ, vel licetiq: Et similiter ordinamus, quod Confessores, & Procuratores Monialium in oppositis, vbi Conuentum Fratrum habemus, in omnibus obedientijs sint Prioribus, seu Presidentibus eorum subiecti non secus ac cæteri Fratres in talibus Conuentibus assignati. Etiam ordinamus, quod Vicarij, seu Confessores Monialium vulgari lingua transcribant omnia, que ex his Ordinationibus ad easquomodolibet spectat & Sorores eas legere teneantur, quando leguntur Ordinationes coram toto Conuentu.

Item, ordinamus, quod nullus fiat Nouitius Magister inconsulto R.A.P.N. Prouinciali qui de consilio Patrum approbet assumendos, & in domibus, quibus ipsi visum fuerit, obtineat locum immediatum post huius Prouinciarum Præsentatos. Et quicumque tale Officium per octo annos continuos iudicio R.A.P.N. Prouincialis laudabiliter exercuerint, imposterum maneantur dispensationes.

*De Magistris Nouitorum.*

dispensati ab hebdōmada facienda, & à Matutinis, nisi in diebus Festiuis: quam Ordinationem approbauit Reuerendissimus P. N. Generalis.

*De recipie-  
dis ad habi-  
tum, vel  
profes.*

Item, ordinamus, ut summa cura habeatur circa receptionem Nouitiorum ad habitum & professionem. Ne autem inepti, & minus habiles, cum magno Religionis dispendio admittantur, examen illorum fiat à tribus Patribus examinatorebus, iuxta normam nostrarum Cōf titutionum simul existentibus in præsentia Priorum, seu Præsidentium Conuentus. Et obsecramus R. A. P. Nostrum Prouincialem, vt in visitationibus diligentissime inquirat, an inepti receptifuerint ad habitum: & Conuentus, quos in uenerit inhabiles recepisse, à receptione Nouitiorum priuet. Et etiam ordinamus, quod in receptione ipsorum ad habitum, & professionē vota Fratrum per schedulas, vel fauas admittantur, & regulentur à Prælato cum assentia duorum antiquiorum Patrum in Capitulo existentium, & in Conuentibus Monialium cum assentia Vicarij, vel Confessoris, vbi non fuerit Vicarius, schedula regulentur coram Priorissa, vel Suppriorissa, & in earum defectu, corā duabus Sororibus ex antiquioribus Conuentus.

Item, ordinamus, quod non possint Lectores Theologiae, vel Supprios eligi in Piores Conuentuum, vbi actualiter viuunt.

Item,

Item, cum in nostris Capit. Gen. Romæ 1564. & ibide n 1629. Ordinatione 22. prouidet statutum ad vitandas longas vacantias, & absentias Priorum à suis Conuentibus, quæ in magnum vergunt Conuentuum præiudicium, quod Prouinciales non differant confirmationem, vel cassationem electionis; & quod electus in Prioré alicuius Conventus teneatur intra spatiū trium horarum à notitia confirmationis acceptare, vel recusare Prioratum, idcirco, ut melius id obseruetur, ordinamus, quod deinceps confirmationis electionis non mittatur ad ipsum electum, sed ad Priorē Conventus, in quo commoratur, vel si electus sit Prior, mittatur confirmationis mittitur, teneatur confirmationem electo notificare elapsis duodecim diebus, postquam illam receperit, cui iniungimus, ut statim ac confirmationem receperit, certiore, faciat electum de receptione talis confirmationis; & electus teneatur intra prædictum tritum horarum spatiū Prioratum acceptare, vel recusare, & certiore reddere R.A.P.N. Prouincialem de die, & hora acceptationis.

Item, ordinamus, & stricte mandamus Prioribus sub pena absolutionis à suis Officijs, quod librum procurationis apud se non retineant, nec propria manu aliquid in illo scribāt, sed solus Procurator Conventus, vel aliis de mandato expræso Prioris deputatus ad hoc.

Priores, nō  
absent multo  
tempore  
à suis Conventibus.

etiamq  
vita illam  
etiamq 1629  
andicata

villam  
etiamq. 1629  
etiamq 1629  
andicata

Priores non  
habeat apud  
se librum  
pro curratio-  
nis.

etiamq  
etiamq 1629  
etiamq 1629

*Nulla pecunia accipiat, sub pena fœnctionis.*

Item, quia accipere pecunias sub pensione fœnoris & que, & magis grauat Conuentus, quam census annuales, præcipimus in virtute Spiritus Sancti, Sanctæ obedientiæ, & sub præcepto formali, nec non sub pena excommunicationis maioris latæ sententiæ, ipso facto incurre da, hac vna pro tria Canonica monitione præmissa, quod nulla pecunia isto modo recipiatur in Conuentibus; & si aliter factum fuerit, omnes redditus ex acceptis causatos, Priors, & Prioriæ soluant infallibiliter.

*Priors nulli apli- eant plures Missas.*

Item, ordinamus, & Prioribus mandamus, quod nulli Sacerdoti applicent plures Missas in tuitu alicuius Officij, vel alia ex causa, præter eas, quæ ad ipsos pertinent, & si aliter fiat, ex nunquam pro tunc eas applicamus Conuentui iuxta votum paupertatis.

*Nullus Frat. incamera sua co medat.*

Item, ordinamus, & stricte præcipimus iuxta disposita in aliquibus Capitulis Generalibus, vt omnes (etiam Magistri) caueant, ne in cabinis, seu cameris comedant, sed in communi Refectorio, vel hospitio. Et mandamus Prioribus Conuentualibus, vt hoc faciant à suis subditis in uiolabiliter obseruari; quod si secus permiserint in penam à suis Officijs absoluantur. Obsecramusque R.A.P.N. Prouincialem, vt transgressores habituales huius Sanctæ Constitutionis tanquam contemptores illius, seuere puniant, omni posthabito respectu ad Personas.

*Circalibros typis man- dandos.*

Obsecramus R.A.P.N. Prouincialem, vt magnam

magnum curam impendat in examine librorū, qui typis mandari debent, illos per se ipsum ( si fieri potest) inspiciendo quod si alicui, vel aliquibus Patribus examen committat, nesciat qui licentiam petit, cui, vel quibus examen committitur.

Item, declaramus iuxta Decretum Reuerendissimi P. N. Generalis; ut singulis diebus post Completorium Fratres, & Sorores recitent alta voce, & deuote per Choros alternando, terciam partem Rosarij Beatæ Virginis Mariæ secundum ordinem Mysteriorū, sub pœna absolutionis à suis Officijs infallibiliter Prioribus, & Supprioribus infligenda. Et similiter ordinamus quod Prædicatores in singulis Concionibus, specialiter, quæ sunt de tempore, saltem in fine Cōcionis aliquid intermisceant, quo fideles animi in devotionem Sanctissimi Rosarij promouantur.

Item, ordinamus, ut solitum orationis exercitium post Completorium, & Matutinas, vel Nonam pro tempore in singulis Conuentibus infallibiliter executioni mandetur. Et Priors, qui in hoc negligentes fuerint à suis Officijs suspenſi, pendantur à R.A.P.N. Provinciali, qui de his in visitationibus sedulo inquiret.

Itēm, ordinamus, quod Supprios in sede vacante, vel in quacumque Priorum absentia non applicent sibi plures Missas, quam quæ eis sibi plures communiter conceduntur.

- Regula dei  
Regolamento  
-marital

*De Ros. recitando.*

*De oratione  
mentalii.*

*Supprios  
nō applicent  
Missas.*

Item ordinamus, quod Fratres ad audiendas confessiones, & concionandum exponi non possint nisi per quinque Examinatores in Studijs Generalibus, inter quæ Conuentum Legionem sem, & Compostellanum comprehendendi volumus, & non approbentur, nisi adhuc saltè unus ex Theologis Lectoribus cum aliquo Graduato buius Provinciæ, vel ambo simul, & solù per trienium, quo expletò, iterum examinantur. Ex cipimus Lectores Artium, qui post institutionem examinantur, Lectoresque Casuum conscientia, qui per quatuor annos completos tale Officium exercuerint, & eos, qui per nouem annos licentias, seu expositiones haberent, quibus cœdemus, ut post nouem annos de cursos, quibus gauiis fuerint approbatione, queant simpliciter exponi. Quod si quispiam in aliquo Conuentu examinatus, reprobatus fuerit, nec examinatur, nec examinatus approbari queat, nisi trans factis sex mensibus. Quod si contrarium factum fuerit, totum irritum, & inane declaramus. Et ut tutius consulatur conscientia, & ministerio prædicto, Examinatores certiorem reddat Priorrem Conuentus de reprobatione sui subditi, & corum conscientias in diem Dñi aggrauantes iniungimus, ut examen cum summa rectitudine peragant, & quod ad illud semel admissum approbare, vel reprobare teneantur, memores Sextum Quintum Pontificem Maximum excommunicare eos, qui insufficientes aprobauerint.

Quod

37

Quod, ut firmius obseruetur, & ne præsens exercitium confitendi pro futura capacitate aliquis concedant; inhibemus stricte predictis Examinatoribus, ne aliquem sub spe, & ratificatione, etiam iuramento firmitate, quod per unam, vel plures horas qualibet die vacabit. Moralitatis studio approbent, sed præsens exercitium pro præsentí, & sufficienti habilitate concedatur. Et declaramus Fratres expositos ad audiendas confessiones secularium, non posse Fratrum, vel Sororum confessiones audire nisi de speciali licetia Prælatorum Fratrum, vel Sororum quorum vel quarum confessiones sunt audiendæ, ut habeatur in nostris Constitutionibus distinctione prima de Nouitijs, cap. 4. littera G. Mandamusque quod nullus exponi possit ad audiendas confessiones qui non habuerit litteras testimoniales eursum, & approbationes in quolibet examine annuali.

Item, ordinamus, quod Lectores Artium actu legentes non possint audire confessiones Monialium tam nostri, quam alterius Ordinis, sine speciali licentia R.A.P.N. Provincialis, aut quando à Priore mittuntur ad audiendas confessiones pro toto Conventu.

Item, ordinamus huius nostræ Provincialie Lectoribus, & Prædicatoribus, ut in maioribus Ecclesiæ Solemnitatibus, in omnibus Festis Beatisimæ Virginis Mariae, Sanctorum Apostolorum Euangelistarum, quatuorque Ecclesiæ Doctorum,

Lectores  
attuales no  
audiant co  
fessiones  
Monialium

Quando  
Lect. tenen  
tur Choro  
intereſſe.

& Sæctorū nostri Ordinis, vtrisq; Vesperis, Missis  
que maiori, & Matutinis infallibiliter intersint,  
& quod ab studijs nō vacet, quādō prædictæ So-  
lennitates in diebus proprijs nō celebrantur, ex-  
ceptis Festis Annuntiationis, & S.Thomæ Aqui-  
natis: In Festis autem Nominis Marie, Co mpa-  
sionis, & Sanctæ Mariæ de la Paz, nec nominis Fes-  
tis Sancti Ioannis de Colonia Martyris, Sancti  
Iacobi de Meuania, Sancti Gundisalui, Pij, Alber-  
ti Magni, & vtriusque Margarite, lectiones non  
omittantur, nec teneantur Matutinis inter esse:  
& Prælati sumatopere inuigilent in ob-  
seruantia huius Ordinationis, sicut etiam in af-  
fistentia Fratrum ad Completorium, *s. aliae Regi-*  
*na*, & tertiam partem Rosarij, nullum abusum  
permittentes, nec dispensationem concedentes  
absque legitima causa. Nec Lectores Artium,  
qui cursum suæ lectionis perlegerunt, dispen-  
sa-re possint Patres Priores ab affistentia. Chori  
post primum fux vacaturam annūm completum,  
nisi de licentia R.A.P.N. Prouincialis, omnem  
que consuetudinem in contrarium omnino ab-  
rogamus.

Bis in anno examinentur Studentes, in  
principio, scilicet, Cursus, & prope Festum Sancti Thomæ Aquinatis, & qui non fuerint approbati, nullo  
modo ab affistentia Chori dispensentur, sed ad  
omnes Horas, & Matutinas assistant.

Item, ordinamus, & declaramus, quod in  
Conuentibus, vbi plures sunt Magistri, antiquior

*De exami-  
ne Studen-  
tium.*

*De Rezen-  
te Studiorū*

*corum*

corum sit Reges, eo tamen agymnasio absente,  
 Magister, qui succedit, & sic successive alij iuxta  
 antiquitatem suorum graduum, ubi tamē unus  
 tantum adest, ipso facto sit Regens: & ad ipsum  
 pertineat conferre gradus Magisterij, vel Prae-  
 sentatur, etiam si Prior sit praesens. Et iniungi-  
 mus predictos Regentes gaudere omnibus pri-  
 uilegijs, quæ in nostrarum Constitutionum de-  
 clarationibus, præcipue distinctione 2. cap. 14.  
 §. 4. littera G. continentur, quæ hic pro expresso  
 haberi volumus, & ordinamus, quod nullum  
 fiat examen Confessorum, vel Studentium, Re-  
 gente inscio, ut si ipse assistere volerit, assis-  
 tet.

Item, ordinamus, & præcipimus, quod ma-  
 derati sumptus siant in transportatione bono-  
 rum, quæ à Prioribus a spontantur in Conuen-  
 tus sui Prioratus, & quod Supprioress, & Depo-  
 sitarij teneantur monere R.A.P.N. Proiuciale  
 de sumptibus factis in tali asportatione: & si ali-  
 ter fiat, ipsi tenebuntur, etiam in foro consciencie,  
 huiusmodi expensas Conuentui soluere.

Item, ordinamus Prioribus sub pena sus-  
 pensionis per quatuor menses, & Lectoribus Ca-  
 suum conscientie, sub pena absolutionis à suis  
 Officijs, quod habeantur Conclusiones bis sal-  
 tem in septimana, & in Conuentibus, qui non  
 viuunt ex eleemosynis, omnibus diebus, quibus  
 habetur Conclusio in dominibus Studiorum, &  
 duret Conclusio per diuidum horæ ad minus.

Con-

De sumptibus  
transportatione  
bonorum  
Prioris

De præcio  
transpor-  
tationis bono-  
rum Prioris

De Lec-  
toribus Casuū  
conscientie

Concedimus huiusmodi Lectoribus, ut sint Paa  
tres à Consilio, Lectores inde facte corrigant, & à  
Choro dispensentur diebus, quibus conclusio  
nes habentur; alijs autem diebus à Matutinis so  
lum, nisi in Festis Duplicitibus, & supra, & quæ à  
Populo seruantur ex voto; in reliquis autem  
obedientijs sicut alijs Fratres, se gerant: hebdo  
modam faciant, & in tabula ad eam notentur.

Circa quos Lectores in super ordinamus,  
quod in Regno Gallicæ Vicarius Regni assig  
net Lectores, & suum conscientiam in Conuen  
tibus, in quibus expediens visum fuerit.

Circa Studium Sacré Scripturæ S. Crucis  
Segouensis rogamus R. A. P. N. Provincialem,  
quod inhærendo Decretis Capitulorum Gene  
ralium (vbi decernuntur designandos esse Lecto  
res Sacré Scripturæ in singulis Provincijs, ut qui  
destinandi sunt ad prædicationem, eorum audi  
tis lectionibus instruantur) nullum deinceps de  
novo instituat Prædicatorem Conuentualem,  
nisi ex illis, qui in eodem Studio iuxta eius statu  
ta Sacré Scripturæ operam dederint. Et ex illis,  
qui honestatem morum cum orationis frequen  
tia, assiduitate studendi, modestia, & exemplo  
exercuerint, ut decet Euangelicos Operarios,  
preferat eos autem, qui in his deficientes inuen  
tis fuerint, ab Studio remoueat, aptiores substi  
tuendo.

Tandem præcipimus omnibus Supprio  
ribus sub pena absolutionis à suis Officijs, vt  
has

*De Studio  
Sacré Scri  
pturæ. Cru  
cis. Scho  
nensi. et  
et nos in hoc  
studio ut*

*De Elegio  
apud Cœli  
cœli cœli*

*Cou.*

has nostras Ordinationes quater in anno legere  
faciant in publico Capitulo, vel Refectorio co-  
ram toto Conuentu.

**INSTITUTIONES LECTORUM CASAS**

Instituimus in Lectorem de Medina del  
Campo Fr. Dominicum Cortazar, ex eodem  
Conuentu.

In Lect. de Astorga Fr. Ioannem Tagle, ex Co-  
uenitu de Burgos.

In Lect. de Huete Fr. Iacynthum Dominguez,  
ex eodem Conuentu.

In Lect. de Tordesillas Fr. Bernardum Go-  
mez, ex eodem Conuentu.

In Lect. de Rioseco Fr. Iosephum de Iusii, ex  
Conuentu de Burgos.

In Lect. de Guadalajara Fr. Thomam Garcia  
Presentatum, ex eodem Conuentu.

In Lect. de S. Sebastian Fr. Petrum Zaldun-  
do, ex eodem Conuentu.

In Lect. de Peñafiel Fr. Ildephonsum de Illa-  
na, ex eodem Conuentu.

In Lect. de Yepes Fr. Petrum Priuado, ex  
Conuentu de Toledo.

In Lect. de Ocaña Fr. Valerianum del Rincon  
cum dispensationibus Lectoris Theologie actual-  
lis, ex eodem Conuentu.

In Lect. de Alcalà Fr. Franciscum Rallon, ex eodem Conuentu.

In Lect. de Villascusa Fr. Petrum Caro, ex eodem Conuentu.

In Lect. de Caceres Fr. Gundisalum Math eos, ex Conuentu de Logroño.

In Lect. de la Vera Fr. Lucam de S. Thomas, ex eodem Conuentu.

In Lect. de Talabera Fr. Petrum Gomez, ex eodem Conuentu.

In Lect. de Benavente Fr. Ioannem Cid, ex eodem Conuentu.

In Lect. de la Peña de Francia Fr. Franciscum Solano, ex eodem Conuentu.

In Lect. de Soria Fr. Matheum Valdes, ex eodem Conuentu.

In Lect. de Ciudad-Rodrigo Fr. Franciscum Dominguez, ex eodem Conuentu.

In Lect. de Aranda Fr. Ildephonsum Menendez Valdes, ex Conuentu S. Spiritus de Toro.

In Lect. de Viuero Fr. Antonium de Arce, ex eodem Conuentu.

### **INSTITUTIONES VICARIORVM.**

In Vicarium Regni Gallæcæ cum omnibus gratijs, & pribilegijs in nostris Constitutionibus concessis, Instituimus R.P.M. Fr. Ioannem de Languas,

In Vicarium S. Raymundi de Potes sub titulo Prioris Fr. Iosephum Perez de la Sierra, ex eodem Conuentu.

In Vicarium S. Ildephonsi del Camino titulo Prioris Fr. Ferdinandum Menocal, ex eodem Conuentu.

In Vicarium Incarnationis de Vilbao Fr. Gasparum de Alarcon Prædicatorem Generalem, ex eodem Conuentu.

In Vicarium de las Caldas titulo Prioris Fr. Ioannem Malfaz, ex eodem Conuentu.

In Vicarium de Aldeanueva Fr. Ildephonsum Garcia de el Olmo, ex Conuentu de Atocha.

In Vicariū S. Petri de las Dueñas, titulo Prioris Fr. Antoniū de Quintana, ex eodem Conuentu.

In Vicarium de Veluis Fr. Iosephum Ibarra ex eodem Conuentu.

In Vicarium de Bejar Fr. Bartholomeum Martin Florez Præsentatum, ex Conuentu de Salamanca.

In Vicarium de Orellana Fr. Ioanem de Abellana, ex eodem Conuentu.

In Vicarium de Cangas Fr. Ioannem de Arrojo, ex eodem Conuentu.

In Vicarium de Olmedo Fr. Dominicum Gómez, ex eodem Conuentu.

**INSTITUTIONES SUPPRIOREM.**

- In Supprietem de Palencia Fr. Ildephonsum Barbero, ex Conuentu de Mazote.
- In Supprietem de Zamora Fr. Mathiam de Ballesteros, ex eodem Conuentu.
- In Supprietem de Burgos Fr. Ioannem de la Puente, ex Conuentu de Rio seco.
- In Supprietem de Vitoria Fr. Clementem de la Vnza, ex Conuentu de la Casa de la Reyna.
- In Supprietem de Auila Fr. Antonium Ca-macho, ex eodem Conuentu.
- In Supprietem de Plasencia Fr. Ioannem Pe-riñez, ex eodem Conuentu,
- In Supprietem de Atocha Fr. Ioannem de Echalar, ex eodem Conuentu.
- In Supprietem S. Thomae de Madrid Fr. Fran-ciscum de Villalobos, ex eodem Conuentu.
- In Supprietem de Pamplona Fr. Antonium de Escalante, ex Conuentu de Medina del Cam-po.
- In Supprietem de Cuenca Fr. Didacum Zua-zo, ex Conuentu de Huete.
- In Supprietem de Peñafiel Fr. Ioannem Co-rona, ex Conuentu de Vitoria.
- In Supprietem de Venauente Fr. Michaelm Perez, ex eadem Conuentu.
- In Supprietem de Maiorga Fr. Dominicum del Riuero, ex eadem Conuentu,

In Sup-

In Supprietem de Toro Fr. Ioannem de Pra-  
via, ex eodem Conuentu.

In Supprietem de Villalon Fr. Ildephonsum  
Garcia, ex eodem Conuentu del Rotario de Ma-  
drid.

In Supprietem de Medina Fr. Vincencium  
Gutierrez, ex eodem Conuentu.

In Supprietem de Stella Fr. Antonium Alua-  
rez, ex Conuentu de Leon.

In Supprietem de Piedrahita Fr. Andream  
Martin, ex eodem Conuentu.

In Supprietem de Tordesillas Fr. Emanuelé  
Perez, ex Conuentu de Talabera.

In Supprietem de Valencia de D. Iuan Fr.  
Ioannem Dominguez, ex Conuentu de  
Aranda.

In Supprietem de Trianos Fr. Dominicum  
de la Barcena, ex eodem Conuentu.

In Supprietem de Oviedo Fr. Petrum de la  
Huerta, ex Conuentu de Palencia.

In suppriorem de la Peña de Francia Fr. Io-  
sephum de Peralta, ex eodem Conuentu.

In Supprietem de Nieua Fr. Stephanum Baz-  
quez, ex Conuentu de las Nauas.

In Supprietem de Rojas Fr. Rochum San-  
chez, ex eodem Conuentu.

In Supprietem de Astorga Fr. Gabrielem Ba-  
rro, ex Conuentu de Veltis de Santia-  
go.

In Supprietem de Astorga Fr. Gabrielem Ba-

Barrero, ex Conuentu de Velvis de Santiago:

In Supprietem de las Nauas Fr. Antonium  
de Casanueua, ex Conuentu de Rioseco.

In Supprietem de Logroño Fr. Iosephum de  
Garcia, ex eodem Conuentu.

In Supprietem de S. Sebastian Fr. Nicolaum  
Gracia, ex eodem Conuentu.

In Supprietem de Caceres Fr. Thomam Ma-  
deruelo, ex Conuentu de Truxillo.

In Supprietem de la Vera Fr. Ioannem Ma-  
rin, ex Conuentu de Talauera.

In Supprietem de Oeaña Fr. Didacum de Orte-  
ga, ex eodem Conuentu.

In Supprietem de Truxillo Fr. Franciscum  
de la Plaza, ex Conuentu de Ciudad - Rodri-  
go.

In Supprietem de Soria Fr. Ioannem Monta-  
no, ex eodem Conuentu.

In Supprietem de Cisneros Fr. Gundisaluum  
Carballo ex eodem Conuentu.

In Supprietem de Carrion Fr. Ioannem Mon-  
tero, ex Conuentu de Valencia.

In Supprietem de Villada Fr. Franciscum Lo-  
pez, ex eodem Conuentu.

In Supprietem de Rioseco Fr. Didacum Mar-  
tinez, ex Conuentu de S. Martha.

In Supprietem de Leon Fr. Antonium de S.  
Juan, ex eodem Conuentu.

In Supprietem de Saelices Fr. Martinum Ro-  
driguez, ex eodem Conuentu.

In Sup-

- In Supprietem de Carboneras Fr. Julianum  
de Pobeda, ex eodem Conuentu.
- In Supprietem de Palacios Fr. Dominicum  
Perez, ex eodem Conuentu.
- In Supprietem de Tudela Fr. Petrum Tege-  
dor, ex eodem Conuentu.
- In Supprietem de Monueltran Fr. Ioannem  
Dominguez, ex eodem Conuentu.
- In Supprietem de Talabera Fr. Ioannem Ga-  
llego de los Rios, ex eodem Conuentu.
- In Supprietem de Madrilejos Fr. Gabrielem  
Garcia, ex eodem Conuentu.
- In Supprietem de Hita Fr. Ioannem Lopez  
de Leon, ex eodem Conuentu.
- In Supprietem de Villascasa Fr. Ioannem de  
Fuentes, ex eodem Conuentu.
- In Supprietem de Aranda Fr. Dominicu Mer-  
rino, ex eodem Conuentu.
- In Supprietem de Villalpando Fr. Marcum  
de Lorençana, ex Conuentu de la PeñadeFrácia
- In Supprietem de Merida Fr. Dominicum de  
Leon, ex eodem Conuentu.
- In Supprietem de Tabara Fr. Iosephum Gu-  
tierrez, ex Conuentu de Villada.
- In Supprietem de S.Huesa Fr. Ioannem de la  
Rañaga, ex eodem Conuentu.
- In Supprietem de Valuerde Fr. Iacinthum  
Perez de Ayala, ex eodem Conuentu.
- In Supprietem de Cifuentes Fr. Ioannem Va-  
lero, ex eodem Conuentu.

In

+ Joannem fernandez

48

In Supprietem del Rosario de Madrid Fr. M-  
artin Rávano, ex eodem Conuentu.

In Supprietem de Huete Fr. Bernardum Mo-  
rano, ex Conuentu de Alcalà.

In Supprietem de Yepes Fr. Antonium de Ra-  
ma, ex eodem Conuentu.

In Supprietem de Ciudad-Rodrigo Fr. Fran-  
ciscum Martin, ex Conuentu de la Peña de  
Francia.

In Conuentibus Regni Gallie prouideat;  
R.P. Vicarius Regni.

**CONFESSORES, PAROCHI, ET PROCURA-  
TORES Monialium.**

In Conuentu Sancti Dominici Regalis de Ma-  
drid instituimus in Confessores Fr. Ioannem Pa-  
blo, ex eodem Conuentu, Fr. Bartholomeum Es-  
cudero, ex eodem Conuentu, Fr. Dominicum  
de la Vallina, ex eodem Conuentu, Fr. Didacum  
Quiros, ex eodem Conuentu. In Procuratorem  
Fr. Franciscum Gonçalez, ex eodem Conuen-  
tu;

In Conuentu Sancti Dominici Regalis de To-  
ledo, in Confessores Fr. Ioannem de Tobar Pre-  
sentatum, ex eodem Conuentu. Fr. Apolinarem  
de la Torre, ex Conuentu de Segovia.  
In Procuratorem Fr. Ioannem Moreno, ex eodem  
Conuentu.

In Conuentu Matris Dei de Toledo in Con-  
fesso-

cessorem Fr. Petrum de Calama, ex eodem Conuentu. In Procuratorem Fr. Bernardum Díez de S. Miguel, ex eodem Conuentu.

In Conuentu Sancte Catharinæ de Madrid in Confessorem Fr. Gregorium de la Fuente, ex eodem Conuentu. In Procuratorem Fr. Thomá Melgar, ex eodem Conuentu.

In Conuentu Iesu Mariæ de Toledo prohibidebat R.P. Prior Toletanus pro tempore.

In Conuentu Sancti Dominici de Caleruega. In Confessorem Fr. Antonium de Acebedo, ex eodem Conuentu. In Procuratorem Fr. Christophorum de Rojas, ex eodem Conuentu. In Parochum Fr. Iosephum de Quintana, ex eodem Conuentu.

In Conuentu Sancti Spiritus de Toro, in Confessorem Fr. Franciscum Fernandez, ex eodem Conuentu. In Procuratorem Fr. Petrum de Arguello, ex Conuentu de Oviedo.

In Conuentu de Aldeanueva, in Confessorē Fr. Petrum de Castañeda, ex eodem Conuentu. In Procuratorem Fr. Emanuelem de Tapia, ex eodem Conuentu. In Parochum Fr. Petrum Gimenez, ex eodem Conuentu.

In Conuentu Pietatis de Palencia, in Confessorem, & Procuratorem Fr. Ioannem Muñoz, ex eodem Conuentu.

In Conuentu de Mazote, in Confessorem Fr. Carolum de Herrera, ex eodem Conuentu. In Pro-

Procuratorem Fr. Didacum Galindo, ex Conuentu de Villascusa.

In Conuentu de la Penitencia de Valladolid, in Procuratorem, & Confessorem Fr. Petrum Palomar, ex eodem Conuentu.

In Conuentu Sancti Petri Martyris de Mayorga, in Procuratorem Fr. Stephanum Duran de Porras, ex eodem Conuentu.

In Conuentu de la Casa de la Reyna, in Confessorem Fr. Ioannem Garcia, ex Conuentu de Atocha, in Procuratorem Fr. Petrum Miguel, ex eodem Conuentu.

In Conuentu de la Real de Medina, in Confessorem Fr. Didacum Nicolas, ex eodem Conuentu. In Procuratorem Fr. Thomam Gonçalez ex eodem Conuentu.

In Conuentu de las Dueñas de Zamora, in Procuratorem, & Confessorem Fr. Hieronymū del Valle, ex Conuentu de Velmonte.

In Conuentu Sancti Dominici Regalis de Segouia, in Procuratorem Fr. Dominicum de Olazarri, ex eodem Conuentu.

In Conuentu de Villa-Mayor, in Procuratorem, & Confessorem Fr. Ioannem Martinez de Mena, ex eodem Conuentu.

In Conuento de Velmonte, in Confessores, & Procuratores Fr. Joseph de la Ventosa, ex eodem Conuento, Et Fr. Gabrielem de Moya, ex Conuento de Bejar.

In Conuento de Ocaña, in Procuratorem Fr. Gaf-

Gasparum de Salcedo, ex eodem Conuentu.

In Conuentu Sancti Spiritus de Benavente,  
in Confessorem, & Procuratorem Fr. Iosephum  
Perez de Bustamante, ex eodem Conuentu.

In Conuentu S. Chatarine de Alcalà in Con-  
fessorem, & Procuratorem Fr. Ioannm Rome-  
ro, ex eodem Conuentu,

In Conuentu Incarnationis de Viluao in Pro-  
curatorem Fr. Iosephum de Quiroga, ex Con-  
uentu Pafalonis de Madrid.

In Conuentu de Lerma in Procuratorem Fr.  
Ioannem Rodriguez, ex eodem Conuentu.

In Conuentu de Quixana in Confessorem, &  
procuratorem Fr. Stephanum Garcia Cimbron  
ex eodem Conuentu.

In Conuentu Incarnationis de Plasencia, pro-  
uideat P. Prior Placentinus pro tempore.

In Conuentibus de la Noua de Lugo, Veluis  
de Santiago, & Valde-Flores de viuero, prouideat  
R.P. Vicarius Regni Gallæciæ.

In Conuentibus de Hermua, & Lequeitio,  
prouideat R.P. Prior de Vitoria.

**NOMINA FRATRVM DEFVNCTORVM,**  
qui à precedenti Capitulo obierunt.

In Conuentu Regali S. Crucis Segouiensis obiit  
Fr. Dominicus Caruallo, S.P.A cum opinione virtutis, Fr. Ioseph Meriedos, Fr. Ignatius de Vicuña, Fr. Joannes de Villamor subdiachonus.

In Conuentu S. Petri Martyris Regalis Toletani Fr. Augustinus Serrano S. & P.A. Fr. Petrus Castaño Lector Theologix cum opinione virtutis R. A. P. Fr. Dominicus Reluz Magister octogenarius, Fr. Ildephonius Corteceido, S. & P.A. Fr. Iosephus de Peralta S.

In Conuentu S. Pauli de Peñafiel; Fr. Bernardinus Bañuelos.

In Conuentu S. Dominici de Piedrahita, Fr. Thomas Mahum.

In Conuentu S. Pauli Vallis-Oletani R.P. Fr. Didacus Medrano Mag. Fr. Franciscus Scuillano S. octuagenarius, Fr. Emanuel de Hijosa S.P.A. Fr. Andreas Montanges subdiachonus; Fr. Thomas de Huerta Supprior Conuentus; Fr. Eugenius Guerero Laicus sexagenarius; Fr. Laurētius Mijares Acholitus; Fr. Petrus de Noriega Lector Artium; Fr. Frāciscus Velez Præsentatus. Obiit etiam D. Ioanna Correa tertaria professa nostri Ordinis cum magna opinione virtutis, profundæ humilitatis, exactæ obedientiæ feruidae charitatis, specialiter in orando per his qui eius famam & opinionem machinamentis diabolicis denigrare conati sunt. Varijs tormentorum generibus, præcipue spiritualibus à Demonio vexata; quo plus patiebatur magis patiendi sitibus, ea.

In Con-

In Conuentu Rosarij de Tordesillas, Fr. Didacus  
de S. Maria, Laicus.

In Conuentu S. Isidori de Villalpando, Fr. Petrus  
de S. Thomas Laicus; Fr. Rodericus Cabio S.

In Conuentu S. Vincentij Placentini, Fr. Laurē-  
tius Izquierdo Prædicator Generalis; Fr. Thomas  
de Ortega S. P. A. Fr. Iosephus de los Reyes S.

In Conuentu Sancti Spiritus de Palacios, Fr. An-  
tonius de Meras Prior Conuentus.

In Conuentu S. Stephani Salmanticensis, Fr. Fra-  
nciscus Saldaña Subdiachonus; Fr. Franciscus Guz-  
man S. P. A. Fr. Emanuel de Ibarra M. Fr. Bernardus  
Cavallero. Fr. Ioannes de Cotes S. P. A. Fr. Fer-  
dinandus Orejo S. Fr. Christophorus de Ayala Præ-  
sentatus s. P. A.

In Conuentu S. Thomæ Matritensis, Fr. Francis-  
cus Enriquez M. Fr. Ioannes Ortiz S. P. A. Fr. Mi-  
chael Pontero S. P. A. Fr. Franciscus de Valencia S.  
P. A. Fr. Didacus de Corcuera, cum opinione virtu-  
tis, exemplaris virtutis, & specialis obseruantia nostrarū  
constitutionum, & quidam Nouicius.

In Conuentu Sancti Pauli Burgensis, Fr. Bartho-  
lomeus de Gaona S. P. A. Fr. Franciscus de la Con-  
cha Præsentatus septuagenarius.

In Conuentu S. Thomæ Regalis Abulensis Fr. Il-  
dephonfus Velazquez Præsentatus; Fr. Stephans  
Gatai, S. Fr. Ildephonfus Cordero, superior Conue-  
tus; Fr. Iosephus de Vbidogro S. P. A.

In Conuentu S. Andreæ de Merida Fr. Franciscus  
Rodriguez de Valuedre S. P. A.

In Conuentu S. Hiacinthi de Monforte, Fr. Ioan-  
nes de Medina, Prior Conuentus.

In Conuentu S. Saturnini Fr. Hiacinthus Sotelo,  
S. P. A.

In Conuentu S. Dominici de Huete, Fr. Franciscus de Torralua S.P.A. Fr. Ioannes Romero S.P.A. Fr. Didacus de Lara septuagenarius.

In Conuentu Matris Dei de Hita, Fr. Petrus Ezquerra Prædicator Generalis S.P.A. Fr. Franciscus Diaz de Medina Prædicator Conuentus.

In Conuentu Sanctæ Crucis de Carboneras Fr. Georgius de Buendia, Prior Conuentus.

In Conuentu S. Dominici de Leon Fr. Bartholomaeus del Castillo, Laicus; Fr. Urbanus Alonzo, S. Fr. Albertus de Xiaba, Acholitus.

In Conuentu S. Mariae Regalis de Nieua, Fr. Petrus de Zuñiga, Diachonus; Fr. Antonius dela Ouela, S.

In Conuento Sancti Dictini de Astorga Fr. Ioannes de Montoia S.P.A. Fr. Emanuel Costales, Laicus.

In Conuento de Valbuena de Logroño, Fr. Martinus Larius, S.P.A. Fr. Petrus Teran, S.

In Conuento Sancti Dominici de Lugo Fr. Ildephonsus Muñoz de Estrada S.P.A. Fr. Iosephus Fernandez de Ledesma, S. Fr. Ioannes Ortiz, Laicus.

In Conuento S. Dominici de Ocaña, Fr. Matheus del Mas, S.P.A. Fr. Ioannes de Vmonte, S. Fr. Eugenius Pastamontes M. octogenarius.

In Conuento S. Ildephonsi Regalis de Toro, Fr. Petrus de Villanueva Præsentatus octogenarius.

In Conuento Matris Dei de Alcalá, Fr. Petrus de Villafulerte, Laicus; Fr. Ioannes de el Espíritu Santo, Laicus.

In Conuento Incarnationis de Trujillo, Fr. Dominicus Vigil, M. Studentum; Fr. Dominicus de Burgos, S.

In Conuento S. Jacobi de Pamplona, Fr. Vincen-

centius de Hecheberri, S.P.A. & quidam Nobitius.

In Conuentu de Tabara, Fr. Franciscus de Lizafoain Lector Theologiae.

In Conuento S. Dominici de Victoria Fr. Augustinus de Otazu S.P.A. Fr. Dominicus de Alagras, Laicus octogenerius.

In Conuento S. Pauli de Palencia Fr. Ildephon-sus Fernandez Lector Artium; Fr. Martinus Pardo, Lector Artium; Fr. Fraciscus Rodriguez de Macaneras Lector Artium; Fr. Toribius de S. Antonino Acho-litus cu n opinione virtutis. Fr. Joseph Solano diach.

In Conuenta S. Pauli de las Nabras Fr. Dominicus Gonçalez Prior Conuentus, Fr. Franciscus Lopez Rincon Praesentatus S.P.A.

In Conuento de Tarce, Fr. Michael de Ortega, Prior Conuentus.

In Conuento S. Dominici de Soria Fr. Antonius de S. Martin S. Fr. Thomas de Pinilla Laicus.

In Conuento del Rosario de Tudela, Fr. Michael de Vollar.

In Conuento S. Blasii de Zifuentes, Fr. Petrus Perez de Alcaçar Prior Conuentus; Fr. Philipus de Azacion, Laicus.

In Conuento de Valuerde Fr. Ioannes de las Cuebas Prior Conuentus, Fr. Antonius Rainitez, S.P.A.

In Conuento S. Ginesij de Talauera Fr. Bartolomeus Aguero Praesentatus Prædicator Generalis septuagenarius.

In Colegio S. Gregorij de Valladolid R.P. Fr. Didacus Cordero Praesentatus Rector Collegij.

In Conuento S. Antonini de Yepes Fr. Emanuel de Bobadilla S.

In Conuento de Ciudad Rodrigo Fr. Barnabas Ma-

**C**aetlio Prædicator Conuentus; Fr Stephanus de Pe-  
ramato Prior Conuentus; Fr. Joannes Mexia Prædi-  
cator Conuentus.

In Conuentu S. Dominici de Zamora Fr. Ildepho-  
sus Enríquez septuagenarius, Fr. Franciscus Barba M.  
Studentium; Fr Petrus Conor S. Fr. Antonius de S.  
Maria Laicus.

In Conuentu de Saclices Fr. Emmanuel Ballesteros  
S.

In Conuentu de S. Marta R. P. Præsentatus Fr. Ga-  
briel Martínez Prior S. Dominici de la Coruña, &  
Vicarius Regni.

In Conuentu de Cazeres Fr. Raymundus Mel-  
chor Prædicator Generalis, & Prior Conuentus.

In Conuentu S. Chatarinæ de la Vera Fr. Joannes  
Gonçalez S. septuagenarius.

In Conuentu de Rioseco Fr. Franciscus Gonça-  
lez de Torres, S. Fr. Laurencius Gonçalez, S.

In Conuentu S. Thelmi de S. Sebastian Fr. Mi-  
chael de Oreña S. P. A.

In Conuento de Pontevedra Fr. Rochitis Berde  
Laicus; Fr. Dominicanus Camayo, S.

In Conuento de Arocha Fr. Franciscus Domingo  
S. P. A. Fr. Joannes de Huete, Acholitus; Fr. Didacus  
Pérez S. P. A. Fr. Antonius de Guevara Laicus sep-  
tuagenarius.

In Conuento Sanctæ Crucis de Villaseca Fr. Ilde-  
phoncus Delgado, S. Fr. Didacus Llamo Laicus.

In Conuento de las Caldas quidam Nouitius S.  
Fr. Michael de la Reguera S. Filius Conuentus S.  
Pauli Vallis Oletani de quo dicere licet ecce vere  
Israhelita in quo dolus non fuit, humilitatis manue-  
tu satis, obedientiæ & patientiæ ab negationisque  
proprie voluntatis omnibus exemplat factus, Virgi-  
nitatem

nitatem perpetuo illibatam securauit, & ab omnibus  
pleno ore Sanctus vocanatur, ita quod in eius fune-  
re reliquiae eius decerpserentur a fidelibus.

Obiit etiam Soror Catharina de Iesu Tertiaria  
Professa.

In Conuento S. Mariæ Regalis de Triana Fr.  
Iohannes de Zelaya Laicus; Fr. Dominicanus Fernan-  
dez de la Barcena Superior Conuentus, Fr. Alexan-  
der Garban, S.

In Conuento Rosarij Matritensis Placide obdor-  
miuit in domino Recuerendissimus P.M. Fr. Iohannes  
Martinez prope centenarius nostrorum constitutio-  
nū obleruantissimus custos, & zelotes Elias, in claris  
giendis eleemosinis alter Nicolaus Catholicus Regis  
Philipi Quarti a Confessionibus, & Reginas Elisabe-  
tha, fereque omnis prolis Regia, in quo munere  
exemplar omnium virtutum factus, ita humilis Spi-  
ritu extitit, ut Archiepiscopatum Compostellani  
aliosque Magnos honores constatissime recusaue-  
rit, toto anno ante obitum ab omni cura, & solitu-  
dine recedens in cælla clausus, in disponendis sua  
conscientiæ rebus intentus erat, diebusque plenus,  
& virtutibus animam Deo reddidit.

In Conuento S. Dominici de Benavente Fr. Lu-  
donicus Nobilis, S.

In Conuento Rosarij de Orense Fr. Antonius  
de Lamas, Laicus; Fr. Dominicanus de Santa Maria, M.  
Laicus, exactissimæ obedientiæ obseruater.

Obiit etiam Domina Iacintha de Castro nostri  
Ordinis Tertiaria Professa.

*Nomina Sororum defunctorum:*

In Conuento S. Dominici Regalis de Madrid M.

Soror Constança de Godoy septuagenaria, cum opinione virtut. Soror Lucia de S. Domingo, Laica. Soror Margarita de Castro, cum opin. virt. Soror María de la Encarnacion. Soror Virgilia Baptista, Laica, nonagenaria, cum opin. virt. M. Soror Feliciana del Araujo, cum opin. virt. M. Soror Constança de Riueira octogenaria. M. Soror María de S. Rafael, octogenaria. Soror Catharina Briçuela. Soror Elisabet Aedo, cu. n opin. virt.

In Conventu S. Dominici Regalis de Toledo, M. Soror Barbara de Oitega, cum opin. virt. M. Soror Leonor de Huttado, Suppriorila, cum opin. virt. septuagenaria.

In Conventu S. Catharinæ de Valladolid, M. Soror Agnes de Villagutierre, M. Soror María Manuela de Herrera octogenaria.

In Conventu S. Anna de Belbis, Soror Theresia de S. Ana. M. Soror Baptista de Guebara, Soror Iuana de S. Luis.

In Conventu S. Mariæ Regalis de Mazote, Soror Ana de S. Raymundo Laica, cum opin. virt. Soror Catalina Lopez. S. Francisca Blanco, cum opin. virtut. S. Manuela Veizama.

In Conventu del Antiguo, M. Soror Luisa de Arriola, S. Theresia del Espíritu Santo, cum opinion. virtut. M. Soror Magdalena de Jesus, cum opin. virt. M. Soror Magdalena de la Cruz, octogenaria, cum opin. virt.

In Conventu S. Catharinæ de Velmonte, M. Soror Ioana de Moya, nonagenaria, M. Soror María de Meneles Priorisa, Soror Petronila de S. Juan Baptista, Soror Ana de S. Gerónimo.

In Conventu S. Espiritus Regalis de Toro, Soror Catharina Enriquez, Soror María del Rosario, Soror

In Conuentu de Geronim: Gonzalez, M. Soror Mariana de Villa-Señor, cum opin. virt. M. Soror Maria de los Angeles, nonagenaria, cum opinione virtut.

In Conuentu Pietatis de la Casa de la Reyna, M. Soror Maria del Spiritu Santo, nona genaria, M. Soror Catharina delos Angeles, septuagenaria.

In Conuentu S. Crucis de Aldeanueva, M. Soror Maria de la Encarnacion, Soror Maria de S. Antonio, M. Soror Maria de S. Gabriel, cum opin. virt. Soror Maria de S. Juan Euangelista, Soror Maria de S. Catalina de Sena, Laica, Soror Maria de S. Antonio, Laica.

In Conuentu Matris Dei de Olmedo, M. Soror Maria de Monroy, septuagenaria.

In Conuentu Incarnationis de Plasencia, M. Soror Maria de Melo.

In Conuentu de la Visitacion de las Fajardas de Medina del Campo, M. Soror Maria de Orozeo, cū opinione virt. M. Soror Ana de S. Francisco, cū opinione virt. & magna pacientia, Soror Maria de Riuera, Soror Maria Gutierrez, Soror Iosepha de la Parra, M. Soror Agueda Lopez, M. Soror Francisca de Tobar y Villela, Priorita.

In Conuentu S. Petri Martyris de Mayorga, Soror Maria Balbusa, Laica, Soror Maria Delcalço, Soror Maria de Melgar.

In Conuentu Pietatis de Palencia, Soror Felicia na de Ancheta, Soror Beatrix de Capillas, Soror Anna del Spiritu Santo, Laica, septuagenaria, M. Soror Constancia de la Rua, Soror Manuela de Carrío.

In Conuentu de la Penitencia de Valladolid, Soror Maria Antonia de la Trinidad, M. Soror Isabell de los Angeles, Soror Petronila de S. Phelipe Centenaria, cum opin. virt. & magna pacientia in laboribus.

- In Conuentu S. Catharinæ de Abila, M. Soror Mariana de Abila, Soror Bernardina de Porras, Soror Ioanna de S. Thomas septuagenaria.
- In Conuento de las Dueñas de Salamanca, Soror Theresia de Iesus, cum opin. virt. Soror Francisca de Espinas, Laica, cum opin. virt.
- In Conuento de la Probacion de Valladolid, M. Soror Clara de Escobar.
- In Conuento Matris Dei de Valladolid, M. Soror Margarita Osorio.
- In Conuento S. Dominicide Caleruega, M. Soror Marianade S. Francisco septuagenaria, M. Soror Maria de la Cruz, Soror Anna Baptista, Soror Ioanna de Vida Vrre. a, M. Soror Ana Lopez, cum opin. virt.
- In Conuento de la Real de Medina M. Soror Ioanna de Oballe, cum opin. virt. Fr. Franciscus Nicolas Procurator Conuentus, & quædam Nouicia.
- In Conuento Iesu Marie de Toledo, Soror Maguelu de la Coluna, septuagenaria, cum opin. virtut. Soror Theresia de Iesus.
- In Conuento Matris Dei de Toledo, M. Soror Ana de Espinosa, Soror Leonor Zeberrique.
- In Conuento Pietatis de Bejar, M. Soror Maria de todos Santos, cum opin. virtut.
- In Conuento S. Catharinæ de Ocaña, Fr. Franciscus Cano Sacerdos, Procurator Conuentus, Soror Angela Baptista.
- In Conuento S. Catharinæ de Madrid, M. Soror Ioana Suarez, nonagenaria, Soror Maria de la Encarnacion, octogenaria, cum opin. virt. & pacientia intollerandis laboribus, & infirmitatibus.
- In Conuento Incarnationis de Bilbao, M. Soror Isabel de S. Iacinto, octogenaria, Soror Ana de S. Nicolas.

- In Conuentu del Rosario de Vilimayor, M. Soror Ana Baptista, sexagenaria, cum opin. virt. Soror Maria de S. Iacinto Laica.
- In Conuento S. Benedicti de Orellana, M. Soror Maria del Sacramento, cum opin. virt. & singularis obseruantie, & magnæ mortificationis. Soror Maria de la Cruz, Laica Soror Maria de S. Pedro. Soror Maria del Espiritu Santo, Suppriorissa, cu opin. virt.
- In Conuento Rosarij de Tudela, M. Soror Josepha del Espiritu Santo, cum opin. virt. Patientia, & penitentia.
- In Conuento de las Dueñas de Zamora, Soror Ursula de Castro, septuagenaria, cum opin. virtut. & magna pacientia. Soror Theresia de Medrano, Laica
- In Conuento S. Blas de Lerma, Soror Lucia de S. Pedro, octogenaria. Soror Maria de Iesus. Soror Maria de Peralta, octogenaria, cum opin. virtutis. Soror Appolonia Sanchez Suppriorissa. Soror Antonia de Valencia.
- In Conuento S. Spiritus de Venuente, Soror Ana Muñiz.
- In Conuento S. Catharinæ de Alcalà, Soror Catalina de la Madre de Dios, octogenaria Laica. Soror Ana Vicenta Bazquez, octogenaria. M. Soror Antonia de Etco Sar, cum opin. virt.
- In Conuento S. Dominici de Segouia, M. Soror Maria de Aguilar, Soror Ursula de Orozco. Soror Maria Baptista. Soror Antonia Azcarate. M. Soror Ana Ramos, cum opin. virt.
- In Conuento S. Dominici de Lequecito, M. Soror Iacinta Maria de la Corona. Soror Gracia Maria de la Concepcion.
- In Conuento Incarnationis de Cangas de Tineo M. Soror Ana de Baldes, cum opin. virt.

In Ciuitate Pampilonensi obiit D.D. Ana Francisca Colon de Portugal tertaria Ordinis, cum opin. virt. D. Luisa de Lizarauz tertaria Ordinis, cum opin. virt Catharina de S Domingo, Tertiaria Ordinis nostri cum opin. virt. & ræ patientie.

In Conuentu Monialium S. Michaelis de Trugilio virtu clausit Soror Ludouica de S. Bernardino atenera ætate à Christo sposo diversis virtutibus ornata, ante septenium emissio voto Virginitatis, in Ordine, constitutionū nostrarū ad vnguē observatrix mire penitentie, & patientie exēplo singulari decorata, eius oratio cōfusa erat, tādēq; dēstituta ante mortē aliquo tempore omni conſolatione interna sensibili, elucēente postea diuina luce paulo ante mortē lata in manus creatoris animam tradidit.

*Suffragia pro viuis.*

Pro SS. Papa N. Inocentio XI. & pro felici statu tatus Ecclesiae quilibet Sacerdos vnam Missam.

Pro Catholico, & inuictissimo Rege N. Carolo II & Regina nostra Q.S.V.M.

Pro Serenissimo D.D. Ioanne de Austria. Q.S. V.M.

Pro Eminentissimo D.D. Iosepho Portocarrero S.R.E. Cardinali, Archiepiscopo Toletano, Q.S.V.M.

Pro Excellentissimis Ducibus de Lerma N. Præmice Patrōnis, & singularibus benefactoribus Q.S.V.M.

Pro Excellentissimis Comitibus de Benavente, & tota famili Benauentana Q.S.V.M.

Pro Excellentissimis Marchionibus de Astorga, propter specialem bencuolentiam ad Ordinem nostrum Q.S.V.M.

Pro Ilusterrissimo, & Reuerendissimo D.D. Joāne Thoma de Rocauerti Archiepiscopo Valentini-

no Quondam nostri Ordinis M. Generali Q.S.V.M.

- Pro Illustrissimo, & R.R.D.D.Fr. ildefenso de S. Thomas, Episcopo Malacitano ex Ordine nostro assumpto Q.S.V.M.

- Pro Illustrissimo, & Reuerendissimo D.D.Fr. Clemente Alariz Episcopo Guadicensi, ex Ordine nostro Assumpto, Q.S.V.M. *Pro illis et quod D.D.Fr. Clementino et quod D.D.Fr. Pedro Alvarez de Montenegro et quod D.D.Fr. Pedro Siguntino ex Ordine nostro assumptis*

- Pro R.R.P.N. Generali Q.S.V.M.

- Pro R.R.P.M.Fr. Petro Alvarez de Montenegro, Caroli II.a Sacris Confessio[n]ibus, & ab eius Confusio[n]e supr[em]o S. Inquisitionis Tribunalis Q.S.V.M.

- Pro nobilissimo Opido Benaventano, ubi benigna liberalitate haec nostra Congregatio recepta est, & pro quibuscumque benefactoribus huius nostræ Provinciæ Q.S.V.M.

*Suffragia pro defunctis.*

- Pro Beatissimo Papa N. Clemente X Q.S.V.M.

- Pro Catholico Rege nostro Philippo Quarto Ordinis nostri benefactore, & pro uxore eius Regina nostra Elisabeth de Bourbon & pro ceteris Hispaniæ Regibus Catholicis Q.S.V.M.

- Pro Serenissima Imperatrici Q.S.V.M.

- Pro Excellentissimo, & Eminentissimo Cardinale Duce de Lerma nostra Provincia speciali Patrono & totius nostri Ordinis uniuersalib[us] benefactore Q.S.V.M.

- Pro Eminentissimo D.D. Pascasio de Aragon S.R.E. Cardinali, Archiepiscopo Toletano Q.S.V.M.

- Pro Illustrissimo D.D. Fr. Pedro de Godoy Episcopo Siguntino, ex Ordine nostro assumpto Q.S.V.M.

- Pro Reuerendissimo P. Magistro Fr. Joanne Martinez, Pilipi IV. quondam a Sacris Confessio[n]ibus Q.S.V.M.

- Pro Fratribus, & Sororibus, qui à præcedenti Capi-

tulo

tulo obierunt, & pro omnibus benefactoribus nostris Q. S. V. M. Et ordinamus quod in omnibus Conuentibus tam Fratrum quam Monialium post notificationem harum nostrarum ordinationum, die opportuno celebretur Missa de Requie cum Vigilia, & Responsorio in fine Missae, cum assistentia totius cōmunitatis ceteri ceteri F. atres, & Moniales Rosarium integrum B. Virginis, vel Officiū defunctorum.

Concedit R. A. P. N. Prouincialis omnibus Fratribus, & Sororibus, quod expositū aliās Cōfessorē semel tātū eligere valeāt, à quo de præteritis casib⁹, il & censuris, quos usque ad præsentia notitia incurrerant, aboliuiqueant, sicut poterant ab ipso R. A. P. N. Prouinciali.

Sententias Iudicū approbamus, & assignamus Capitulum electionis futurū celebrandum in Conventu S. Aldephonſi Regalis Taurenſis. Dominica: Deus, qui errantibus, die 23, Aprilis. Anni Dñi 1679.

Omnem nostrā autoritatē diffinitimā reseruamus usq; ad feriā tertīā inclusiue. Et his Actis scriptis, vel imprecisis, minu R. A. P. N. Prouincialis, & sigillo munitionis omnimodā fidē adhiberi volumus Data in nostro Conventu S. Domini Benaventani, die 6. Octobris. Anni Dñi 1677.

Fr. Ioseph González M. Prior S. Mariæ Regalis de Arrocha, & primus Diffinitor.

Fr. Michael Sanchez M. & secundus Diffinitor.  
Fr. Joannes de Bolívar M. Vesperina Cathedra in Salmantina Uniuersitate moderator, & Prior S. Stephanii Salmantieensis tertius Diffinitor.

Fr. Joannes de S. Vicente Presentatus, Prior S. Pauli Vallis-Olerani, & quartus Diffinitor.

D. D.





1629

